Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Commendatio Animae iam emigrantis [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

66.

Commendatio Animæ iam emigrantis.

O dilecta nobis in Chriſto Anima adorandæ Trinitatis Imagine ac Similitudine inſignita, Sangui=ne Filij Dei redemata. Ad æternam Beatitudinē condita, et nunc Eccleſiaſticis Sacra=mentis munita, egredere con=fidenter de corpore mortis huius, et ad tuum perge Creatorem ac Iudicem, qui te miſericorditer dignetur ſuſcipere, ac iudicare,

Occurrant, atq; ſubveniant tibi omnes Sancti, et Cives Cœleſtis Hieruſalem, nec tibi auxiliari deſiſtant, quousq; ad locum habitationis Gloriæ æternæ

ad Paradisum Coelestem, ad Regnum felicitatis æternæ introducaris, ad laudem et gloriam Omnipotentis.

Alia Animæ è vita emigrantis commendatio.

Proficiscere Anima Christiana de hoc Mundo.

Dei Patris, qui te creavit.

Jesu Christi, Filij Dei vivi, qui pro te passus est.

Spiritûs Sancti, qui in te fusus est.

In Nomine Angelorum, et Archangelorum.

Thronorum, et Dominationum.

Principatuum, et Potestatum.

Cherubin, et Seraphin.

Patriarcharum, et Prophetarum.

68. Ss. Apostolorum.
Sanctorum Martyrum, et
Confessorum.
Sanctorum Monachorum, et
Eremitarum.
Virginum, et omnium Sancto=
rum et Sanctarum Dei.
Hodie sit in pace locus tuus,
et habitatis tua sit in sancta
Syon. Per Christum Domi=
num nostrum.

Alia Commendatio.

Delicta Juventutis, et ignoran=
tias eius ne memineris Domine,
sed secundum magnam Miseri=
cordiam tuam memor esto
illius in Gloria Claritatis tuæ.
Aperiantur ei Coeli, collætentur

illi Angeli. In Regnum tuum Domine servum tuum ſuſcipe.

Suſcipiat eum S. Michaël Archangelus Dei, qui Militiæ Cœleſtis meruit Principatum. Veniant illi obviam Sancti Angeli Dei, et perducant eum in Civitatē Coeleſtem Hieruſalē. Suſcipiat eum Beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claves Regni coeleſtis traditæ ſunt. Adiuvet eum S. Paulus, qui dignus fuit eſſe vas Electionis. Intercedat pro eo S. Joannes electus Dei Apoſtolus et Evangeliſta, cui revelata ſunt Secreta Cœleſtia. Orent pro illo Omnes Apoſtoli, quibus à Domino datā eſt Poteſtas ligandi, atq; ſolvendi.

7o Intercedant pro eo omnes Sancti et Electi Dei, qui pro Chriſti Nomine tormenta in hoc Seculo Suſtinuerunt, ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam Regni Coeleſtis, præſtante Domino noſtro Jesu Chriſto, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in Secula Seculorum. Amen.

Poſsunt etiam morbi languore diutius perdurante, apud Aegrotum sequentes Oratiunculæ multum servire ad invocandum Matris Dei auxilium.

Sancta Maria, Regina Clementiæ